



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Epilogus remediorum contra vitium Auaritiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

potest quenq̄ nō habere suspectum. Omnes vultures iudicat,
 cadaueri inhiantes, omnes muscas ad suum compēdium ad-
 uolantes. Quicquid igitur commoditatis videntur adducere,
 id fere, fucatum, vmbraicum, præstigiolumq̄ est. At verorū
 malorum plurimū adferunt, verorum bonorum plurimum
 adimunt. Proinde si bene accepti atq̄ expensi rationem sub-
 dixeris, profecto reperies, nūq̄ tantū adferre commoditatis,
 quā nimio plus incomodorum secum trahant. Quā miseris
 laborib⁹ parant, quāntis periculis, quāta sollicitudine seruant,
 quanto dolore amittuntur. Quibus de causis & spinas appella-
 lat Christus, quod omnem animi tranquillitatem, qua nihil ho-
 mini dulcius, mille curis dilaniant. Neq̄ vnq̄ sitim sui sedant,
 verū magis ac magis irritant. In omne nefas præcipites agūt.
 Neq̄ tibi frustra blandiare dicens, nihil prohibet pariter & di-
 uitem esse, & piū. Memēto quid dixerit veritas, facilius esse
 Camelum transire per foramen acus, q̄ diuitem intrare in
 regnum cœlorum. Planeq̄ verum est illud apud diuū Hie-
 ronymū, diuitem hominem, iniqui aut dominū esse / aut hęc
 redem. Ingens opulentiā nunq̄ sine peccato / vel paratur / vel
 seruatur. Cogita, quanto melioribus opibus te spoliēt. Odit
 enim virtutis indolem, odit honestas artes, quisquis admira-
 tor est auri. Præterea vnū auaritiæ vitiiū idololatria nominat a
 Paulo, neq̄ cum vllō profus alio minus conuenit Christo.
 Nec idem potes & deo seruire & mammonæ.

¶ Epilogus remediorum contra
 vitium Auaritiæ.

Desines igitur mirari pecuniā, si vera bona cum falsis, si fusa
 cata cōmoda, cum veris incommodis diligenter expenderis.
 Si summum illud bonum cōtemplari, atq̄ amare cōdidiceris,
 quod vnum quum adest, etiam si reliqua omnia defuerint, ab-
 unde explet animum hominis, qui capacior est, q̄ vt vel vnū
 uersis huius mūdi bonis queat fatiari. Si crebro tibi reuocarīs
 ob oculos, qualem te primū terra nascentem exceperit, qualē
 item receptura sit morientem. Si semper cogitationi obseruet

tur. Stultus ille evangelicus, cui dictum est, hanc nocte repetit Luc. 12
a te animam tuam, & hanc quae congregasti, cuius erunt? Si
mentem a depravatis vulgi moribus ad Mariae, apostolorum,
martyrum, maxime Christi capitis tui paupertatem flexeris,
semperque vae illud tibi metuendum esse statuas, quod ille dis
uitibus huius saeculi minatus est. Luce, 6

**Ambitionis
remedia**

¶ Contra Ambitionem.

Si quando incantamentis suis tentabit animū tuū ambitio, his
remedijs eum praemunies, Statim iuxta ea quae superius tradi
dimus/hoc mordicus teneto, solum eum honorem esse, qui a
vera virtute proficitur, quem ipsum tamen oportet interdū
fugitare, quemadmodum & sermone & exemplo nos docuit
Christus Iesus. Vnicum autē honorē, & homini Christiano
expetendū esse, nō ab hominibus/sed a deo collaudari. Etenim
quem ille cōmendat (vt inquit Apostolus) is deum pro
batus est. Honor autem, si ab homine defertur, ob rem inho
nestam, utique a turpibus, non honor iste, sed ingens est pbrū.
Si ob mediā, puta formam, vires, opes, genus, ne tum quidē
honor recte dicetur. Nemo enim promeretur honorē ea re,
qua non meretur laudari. Si ob honestam, honos quidē erit,
at non appetet, qui promeret, ipsa nimirū virtute & conscie
tia recti contentus. Vide igitur quae deridiculi sint honores isti,
quorum cupiditate tantopere vulgus aestuat. Primū enim a
quibus tandē dantur? Nempe ab ijs, quibus nullū discrimen honesti
atque inhonesti. Ob quae? Plarūque ob mediā, nōnūque ob turpia.
Cui? Indigno. Quisquis igitur honorem exhibet, aut metu fa
cit, & vicissim est metuendus, aut vt prosis, & ridet te, aut quia
miratur res nihili nulloque honore dignas, & miserandus est,
aut quia te iudicat his rebus ornatum, quibus honos debeat,
quod si falso opinatur, cura vt fias id, quod ille te putat esse. Sin
vere, omnem honorē tuū in eum refer, cui debes & illa quibus
honos tribuit. Tam non cōuenit tibi arrogare honorē, quae nō
debes tibi arrogare virtutem. Alioqui quid amentius, quae tui
precii de hominū opinionē metiri? Quibus in manu

**Honor huius
saeculi quae falsus
est.**